

1782


POSITIONES SELECTAE

EX

LOGICA

ET

PHYSICA GENERALI



EX LOGICA

PRAENOTIO

Princeps logicae munus est, emendare rationem, eamque recte efficere; id vero praestare non poterit, nisi distincta facultatum animae expositio illi praemittatur, eaque omnia diligenter expendantur, quae magnam in illas vim exercent.

§ I

DE FACULTATIBUS ANIMAE.

I Principium & fons omnis nostrae cognitionis sensus est; qui si circa res extra nos positas, externus, si circa animi constitutionem, eaque, quae animum proxime adficiunt, occupetur, internus audit.

II Adtentio ea est animi facultas, qua fit, ut unius objecti magis conscii simus, quam alterius; conciliari & augeri mediis opportunis potest.

III Memoria rerum objectarum ideas amplectendi continendique facultas dicitur; in memoria spectari potest ejus amplitudo facilitas & fidelitas, variaeque dantur memoriae juvandae praecepta; reminiscenciam a memoria discernimus.

II

IV